Specimen medicum inaugurale de podagra et maxime efficaci gummi guajaci in spiritu nitri dulci soluti atque hirudinum in eadem usu / Quod ... eruditorum examini submittit Joachimus ab Exter.

Contributors

Exter, Joachimus ab. Universiteit van Friesland.

Publication/Creation

Franequerae: Apud Gulielmum Coulon, 1789.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/yh455tec


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.




Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org



Supp. 59,144/13



right of gulders



Digitized by the Internet Archive in 2016 with funding from Wellcome Library

SPECIMEN MEDICUM INAUGURALE, PODAGRA ET MAXIME EFFICACI GUM-MI GUAIACI IN SPIRITU NITRI DUL-CI SOLUTI ATQUE HIRUDINUM IN EADEM USU QUOD ANNUENTE SUMMO NUMINE, Ex Austoritate RECTORIS MAGNIFICI EV: WASSENBERGH. LINGUÆ GRAECÆ & ANTIQUITA-TUM GRAECARUM PROFESSORIS ORDINARII NEC NON Ampliffimi SENATUS ACADEMICI CON-SENSU & Nobiliffimae FACULTATIS MEDICAE Decreto. PRO GRADU DOCTORATUS. SUMMISQUE IN MEDICINA CHIRUR-GIA ET ARTE OBSTETRICIA HO-NORIBUS, AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS, ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT JOACHIMUS AB Hamburgenfis J. U. DOCT OR; confiliarius aulæ & archiater Principis Episcopi de Corvey; adfestor locietatis scientiarum Viadrina.

A. D. 20 AUGUSTI MDCCLXXXIX. H. L. Q. S.

FRANEQUERAE,

Apud GULIELMUM COULON, Illust. Frie fiz. Ordd. atque Eorumd. Acad. Typograph. 1 7 8 9.

PODAGRA ETIMAXIME RELEC MI GUNIACI INSELLI TUM GRAFELARIM PROFESSORIS ADEMICI CON. SITATUUNA SIMU MEDICAL RANEOUERAE. THE DELL COULDS, MINE THE ne. Ordi, sique horumd Acad, Typograph, 10 8 18 2

PARENTI OPTIMO,

JOANNI GOTHOFREDO AB EXTER,

IN ANIMI GRATI TESTIMONIUM

VIRO CELEBERRIMO ATQUE MERITISSIMO, MEDICINAE DOC.
TORI, ATQUE PRAEFECTO
COLLECTIONIS NATURALI.
UM, QUAE IN BIBLIOTHECA ILLUSTRIS AC LIBERAE
S. R. I. REIPUBLICAE HAM.
BURGENSIS CONSERVAN.
TUR;

FILIUS OBEDIENTISSIMUS

HANG DISSERTATIONEM

IN ANIMI GRATI TESTIMONIUM

VIIIO CELEBERRIMO ATQUE NA

RITISSIMO, MEDICLY IE DOC.

TORI, ATOUE PRAEFECTO

AB EL LEK.

OWIMOG

DANNIGOTHOEREDO

PARENTI OFFI

DEVOTA MENTE

D. D. D.

FILIUS OBEDIENTISSIMUS

AUCTOR.

SPECIMEN MEDICUM INAUGURALE

DE

PODAGRA ET MAXIME EFFICACI
GUMMI GUAJACI IN SPIRITU NI.
TRI DULCI SOLUTI ATQUE HI.
RUDINUM IN EADEM USU.

J. L.

me infestis, veris profecto
Medicorum crucibus, adnumerari omnino meretur
Podagra, cujus nodi jam
olim, ut incurabiles, artis salutaris
cultoribus objiciebantur. Quare haud
incongruum fore credidi, si, Promotionis
meæ Doctoralis occasione, brevem conscriberem commentariolum de optima
hunc morbum, tum externis tum internis
præsidis, curandi ratione: quum & hujus
morbi uti plurimorum aliorum cognitio
& cura postremis his annis quam plurimum emendata sit.

A 2

Quum

6 SPECIMEN

Quum autem omnis morbi cura vana & præcaria sit paucis per sic dicta specifica curandis exceptis quæ non rarionali causæ sedisque mali cognitioni innitatur, quædam de morbi indole in genere erunt præmittenda.

S. II.

Est igitur Podagra ista Arthritidis species, quæ præ reliquis partibus, articulationes ossum pedum crurumque occupate sollet, unde & sacile Chiragræ titulo ad extremitates superiores transfertur. Qua ratione & distinguitur a Rheumaticis istarum partium adfectionibus, quum illæ partes musculosas, sed non articulorum fabricam lædant.

Cum omni ergo adfectione arthritica commune hoc habet Podagra, quod articulos occupet. Notum autem est ex Anatomicis, partes ligamentosas, præreliquis partibus mollibus ex subtili constitua ut illa tota pallida sit & parum cruoris rubri, sed serum tantum, ipsoque tenu-

1er-

tenuiores humores, admittat. Quare hinc etiam sequitur, materiem Podagricam esse substantiam subtilissimam, quæ per vasa minus arcta facile transit, sed tantum obstacula in maxime subtili ligamentorum constructione experitur. Quæ resistentia materiei circulantis itineri opposita præcipua Podagræ symptomata producit. pactium michum oru nium, & undim mufbag

hujus farings fee.III . ? erabilia

Ita probata substantiæ Podagricæ subtilitate, jam videndum est, qualis sit ipsius indoles. Illam acrem este, imo acerrimam facile persuadebunt suis ejulatibus crudelissimæ hujus Deæ subditi & martyres. Sed tamen unicum hoc argumentum rem non conficiet, quum & simplex inflammatio, sanguinea propter distentionem & distractionem membranarum nervorumque inflammatæ partis inmanem dolorem passim excitet. Verum alia supersunt argumenta, hujus acrimoniæ intensitatem apodictice probantia: Medicorum nimirum ob-A 4

fervationibus unicuique notissimum est, quod materies Podagrica in nativo suo loco jugiter congesta atque inde subita metastasi ad nobilem aliquam partem internam translata, ibi quælibet mala, summam acrimoniam testantia, producat. Ad pulmones enim traductum Podagræ malum excitabit hæmoptysin; idem ad intestina sluens dysenteriam; renibus in pactum mictum cruentum, & quæ alia

hujus farinæ sunt innumerabilia.

Materiei Podagricæ acrimonia evidentissime etiam probatur essectibus, quos hic morbus in partibus, quas occupat, producit. Repetito eni n in articulos congesta Podagra, organisationem articulorum destruit, vasa, succum phosphorico seleniticum, ossium nutritioni destinatum, vehentia corrodit. atque hinc succus ille in cavum articulationum essus ibi condensatur, creatque istos nodos tophosque, quos non ut ipsam Podagram, sed tantum ut sequelam nativæ partium organisationis per acre podagricum destructæ salutamus.

1 13

MEDICUM INAUGURALE. 9

5. IV.

Commode igitur definitur Podagra ut obstructio dolorifica subtilissi morum vasculorum seroso lymphaticorum, quæ per ligamentosam fabricam distribuuntur. Nam sedem veræ Podagræ in articulis, & non, uti nimis fideles Irritabilitatis Hallerianæ patroni contendunt, in tunica adiposa & cute fore quærendam, nobis certissimum esse videtur ex nodis, Podagræ sequelis, qui ipsos articulos occupant. Nec non ex natura accessuum Podagricorum, illi enim, si genuini & vehementissimi fuerint, deprehenduntur profunde in articulis absconditi, absque dolore vel rubore cutis, Dum, simulac ad partes exteriores transferri incipit malum, ejus maxima vehementia etiam superata est.

S. V.

Causæ adsectuum podagricorum remosta, uti notum est, sunt quampiurimæ, præsertim AVITA prædispositio & acre A 5

10 SPECIMEN

vinosum tartareum in sanguinem vini abusu introductum, vel saltem hujus materiei actione ejusmodi degeneratio in solidis producta, ut illa alias haud percipiendam Podagræ acrimoniam jam generent, vel saltem præsentem retineant.
Simul etiam docuit experientia, pro
Occasionali hujus mali causa, præ reliquis agnoscendum fore omne id, quod
primarum viarum tonum destruit. Unde etiam nimius purgantium usus Podagricis admodum noxius est; dum e contrario leniter calesacientia stomachica,
præ reliquis universalibus medicamentis
illis prodesse experimur.

S. VI.

Quod curam hujus mali attinet, illam e vulgo adhibitis medicamentis non sperandam fore, quod moneamus, haud necessarium est. Inmortalis Sydenhami methodum diæteticam quidem magni facimus, sed simul ipsius rigorem, dissolutioribus haud facile persuadendum, lugemus, ne jam addamus diætam lacteam

MEDICUM INAUGURALE. 11

ream haud unicuique convenire. Arrident magis salutaria Swietenii de victus instituendi ratione monita, sed neque illa unicuique convenire Podagrico fatemur. Maxima igitur cum aliis artis cultoribus adfecti fuimus hilaritate, quum felicissimas legeremus curationes, solutione resinæ Guajacinæ in Tassia, tam in America quam & in Europa procuratas; sed simul quamplurinium de egregia, quam conceperamus, spe decedebat, quum cum aliis observaremus, calidissimum hoc medicamen haud omnibus sed paucis tantum, convenire, quum sua adustione in temperiebus omnibus, calidis gravissimas imo lethales viscerum producebat degenerationes.

Nec tamen omni spe bonorum eventuum hoc infortunio decidimus. Haud defuerunt enim, qui vitium cognitæ solutionis commodo aliquo opposite emendari posse existimantes, resinam memoratam solverunt in spiritu Nitri dulci, ita ut, pro unaquaque resinæ uncia, quatuor uncias spiritus in usum voarent, & solutionem e commodo menstruo,

12 SPECIMEN

ex, gr. vino albo, ter de die gutatim, ad guttas triginta vel plutes, pro aetatis viriumque ratione propinarent, hac enim ratione vidimus, podagricam materiem sæpe, absque ulla noxa remanente per blandam diaphoresin fuisse profligatam.

S. VII.

Podagræ profligandæ gratia etiam varia externa commendata fuerunt. quæ adfectæ parti applicarentur, quorum certe pessima, fuerunt retropellentia, & hoc respectu quoque opiata, quum illa, intus hic etiam haud absque summa prudentia exhibenda, extus admota certissime Podagram versus interiora retropellant.

Melioris omnino notæ sunt blanda emollientia, tum & acria extus admota, quæ quodam respectu oppositæ indolis medicamina, derivante indole satis similem sæpe producunt effectum sed & hæc sæpe actione carent, imo malum augent. Unde Sydenhamus conclude-

bat,

MEDICUM INAUGURALE. 13

bat, hæc omnia potius rejicienda, quam in usum vecanda fore.

Ardor moxæ, vis cantharidum & dolorifica scarificatio etiam suos nacti sunt patronos; & certe mali naturæ nihil magis consentaneum videtur, quam commodo aliquo locali evacuante materiem versus exteriora trahere & sic pro parte evacuare. Mirum igitur, jam a Cælio Aureliano in hoc morbo felicissime adhibitas hirudines, ita in desuetudinem abiisse, ut nuper tantum a Paulmajero ex oblivione protractæ & cum egregio successu

demum adplicatæ sint.

Ut autem hirudines optimum effec. tum præstent, bis vel ter de die plures hirudines loco adfecto admovet, illo tamen prius præparato cataplasmate, quatuor horarum tempore ante hirudinum applicationem admoto, quod conficiebatur e calce viva, semine sinapi & fulphure ana junctis, & cum oleo olivarum mistis, cujus loco in subjectis frigidioribus acrioribus etiam utebatur sti. mulis. Atque raro utilissima, & morbi naturæ congrua hæc methodus, egregio caruit successu.

TANTUM.

THESES DEFENDENTIS.

I.

virginitatis signa non dantur.

II.

In variolis regularibus liber aëris accessus eximium est remedium.

III.

Hydrops, Cachexia, Arthritis, Phthysis pituitosa & Leucorræa plerumque vitio quodam adsimilationis oriuntur.

IV.

Minime procedit Sydenhami Doctrina, quod equitatio in Phthysi pulmonali fere fere æque specifica sit, ac cortex in febribus intermittentibus.

Remedia Anticancrota lagdes fore de-

Urinarum inspectio minime inutilis est, sed eadem sola nitentes prognoses, sunt absurdæ.

cur dolorifice vel ,L. Vulofes.

Sanguis vita gaudet.

Liquoris Nerval del Ventiani delendia

Radix Astragali exscapi summi usus est in Lue Venerea.

Mercurii vivi drachina una, eremoria sercari unciis dul lud Wilinga praber

polyerem ancivenerenm remedal

Radix Caricis Arenariæ, in Germania ubique occurrens, Sarsaparilla viribus haud inferior videtur.

Magnetismi a.X.I

Recens carcinoma raro cum fortunato eventu exstirpatur, inveteratum vero nunquam. X. Refore reque specificaXt, ac cortex in fo-

Remedia Anticancrosa laudes suas debent agyrtarum fraudibus vel eorumdem inscitiæ.

X I. sold market

Solorum tendinum læsiones vix videntur dolorificæ vel periculoíæ.

X I LOB ENT BILLIA

Liquoris Nervei existentiam defendimus. XIII.

Mercurii vivi drachma una, cremoris tartari unciis duabus exstincta præbet pulverem antivenereum remediis Plenckianis viribus parem.

X I V. DIV TOTTO IT

Magnetismi animalis utilitatem in epilepsia aliisque morbis convulsivis sæpe egregiam ese, experientia fulti asferimus.



